Eundem vadium et decretum quibusvis tam in accessorio quam in prin-
cipali negocio et in omni gradu iuris usque ad decisionem finalem
causae et causarum iudiciorum et officiorum quorumvis pallatinatus
Russiae Mocionis et appellationis nullas facientes ad eas quod pro se
quam tam iudicium quam officium per quod dicta ipsa latte fuerint quam
partem partisque actoreae successores ad citationibus Regalibus
et aliis quibusvis non ad citatum hoc specialiter adiecto quod
specialitas hic in quibusvis locis expressa non deroget generali-
tati et contra qualitas specialitati sed quidquid obmisit spe-
cialitas hoc totum concludit dicit et concludit generalitas et conversio
Immo quidquid sibi in auxilium ipse Tomas Drohowski cum suis
successoribus recipere dicit vellet et vellent eo toto causam suam
peracti et amitti dicit et debet vigore solutionis praefati vadii vel va-
diorum quo soluto utique praesenti inscriptionem et omnibus in ea contentis
tociens quociens opus fuerit satisfacere dicit et successores tenebuntur
sub simili vadio quadringentorum florenorum pecunie nulla praescriptione terre
obstante, Ad quae omnia et singula supra scripta ipse Tomas
Drohowski personaliter coram officio stans consensit et consensit sua
praesenti recognitione ad praemissaque omnia subeunda complenda et exe-
quenda se et suos successores ac bona sua omnia inscribit et obligat
supra expressis oneribus conditionibus et articulis onerat et subiicit
in gore praesentis inscriptionis super quo mente solutum est officio praesenti

Visoczansky ttr Turzansky

Veniens personaliter coram officio et actis praesentibus castrum ca-
pitanealibus premisliensibus Nobilis Nicolaus alias Mistro Wisso-
czansky recedens a iure suo terrae foroque et iurisdictione ac dictum quo-
vis proprio et competenti et se cum suis suis bonis et successoribus praesentis
inscriptionis quo ad actum pertinet in toto incorporatum et subiectum sa-
nus mens et corpore exstans pure pacta libere dixit, Quia Nobili Fiedko
Turzansky et eius legitimis successoribus tenetur et est debitus certi
veri et liquidi debiti sive mutuati pecunie quinquaginta quatuor florenorum
monetarum et numeri pollens in regno circa dare et totaliter persolvere pro die
et festo sancti Adalberti proxime venturo anno praesenti, sub va-
dio similis summae quinquaginta florenorum pecunie et quatuor monetarum et numeri pollens

In casu non persolutionis summae praefatae quinquaginta florenorum pecunie
pro tempore et die superius expresso solutioni assignato ad solvendum
irremissibiliter et de facto succumbendum quod vadium tantum succumbit
una cum summa principali seu essentiali dicit se extendere prout extendit
omnibus bonis ipsius Wisoczansky heredibus et obligatoriis mobilibus
et immobilibus insuper etiam inscribit et obligat se idem
Nicolaus Wisoczansky praesentem inscriptionem castrensem premisliensem ex his actis
castrum premisliensem ad acta terrae premisliensis pro primis vel secundis terminis
terrestribus praemisliensibus in hac vel meliori verborum forma transferre
et transportare sub simili vadio quinquaginta quatuor florenorum pecunie
monetarum pollens, Pro quo quidem vadio seu vadiis exquacumque re et
causa succubitur si se ipse Wisoczansky cum suis successoribus eidem
Fiedko Turzansky vel ipsius successoribus ad iudicium terrae vel castrum
premisliensem seu etiam ad officium praesentis castrensis capitanealis premisliensis citare
permiserit vel permiserit, Etiam in primo citationis termino tamquam in
peremptorio stare parere respondere ac pro vadio a iudicio non recedendo
satisfacere dictionibus omnibus iurisdictionibus et extraiurisdictionibus semotis
tum et exceptionibus tam contra citationem eiusque positionem et de-
fectum quemvis praesentis inscriptionis atque tam accessoriis quam peremptoriis
et in universum omnibus remediis iuris et facti penitus renun-
ciatis simpliciter et directe de principali negocio respondere et praesenti
inscriptionem contentumque citationis satisfacere ac ad iudicatum pati se et
suos successores submittit Mocionibus et appellationibus earundemque prose-
quutionibus insuper se et suos successores prorsus abdicando et renuntiando
atque quidquid in subsidium causae suae receperit et ipse causam suam amittere
dicit super quod mente solutum est officio praesenti

Turzansky Inscribit se Wysoczanskim

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrum ca-
pitanealibus premisliensibus Nobilis Fiedko Turzansky re-
cedens a iure suo quovis terrae foroque et iurisdictione competenti
et se huic iuri et iurisdictioni castrensi premisliensi praesenti in toto quo
ad hunc actum incorporatum et subiectum sanus mens et corpore exstans pure
libere palam et per expressum dixit ac in genua fassus est